



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

48. Spirae mors.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

pidum Mandarinus Puon Simon, & rogat Patrem qui nostris pre-  
etar Nanciani, ad se aliquem mitti qui se Christi Iesu annuensario Spira mors.  
natai, suamque familiam sacris mysteriis recrearet. Redebat tunc Spi-  
ra ab excursione ut valde fructuosa, sic & ærumnis & vitæ periculis  
confusa. Loco tamen quietis admisit iter illud dierum sedecim media-  
hyeme, cum Nancianis ciuibus duobus qui se vtrò illi comites desé-  
re. Venerat ad Chianum, qui Huguanam secat Provinciam, & quin-  
tiduum aduerso amne nauigarat ad vigesimum Decembribus, qui vitæ  
ultimus illi fuit. Sacram enim secum supellectilem cum ferret, ara  
portatili satis grauem, argumentatus est nauicularius ex eo pondere,  
thesaurum aliquid; & tentata clam noctu sarcina, cum tactu in ca-  
licem incidisset, facile sibi fixit omnia illic esse argentea. Crimen  
nihilominus distulit quoad latrocinij socios, & nauiculariae inuenisset,  
quibuscum de loco, de modo, de articulo patrandi sceleris; & par-  
titione prædictæ pactus, nocte S.Thomæ solennibus prævia recedit in  
medium amnum, tempus agi rem iis innuit; irruunt è vado ut videri  
volebant improbus, manibus ferreis correptum nauigium inuolant;  
stridore acinace in Spiram, & comites tam crudeliter fœuiunt, vt  
fens proditor ipse clamaret, ad prædam condixi, non ad cædem;  
inhibereturque nunc huius, nunc alterius ferrum, sed nisu irrito, cum  
par esse vnu, septem percussoribus non posset. Multis concisos vul-  
neribus, in flumen præcipitant, tipamque relegunt ad diuidendam  
prædam, tribus viritim nummis scilicet opulentam, adeoque promis-  
sis ditibus minorem, vt parum, absuerit quin proditorem discerpen-  
tent. Latuit aliquamdiu crimen, Nanciani Spira cum Mandatino esse  
credebatur; differri eius iter putabat Mandarinus, quo tandem pro-  
missum iteratis literis exigente attoniti Patres, malè actum cum Spi-  
ra diuinavunt. absque mora famulum eò mittunt cum ingenuæ inno-  
centiæ Catechista, sed magni animi puero, cui triduo prius quam  
Tunscianum perueniret obiecta est species, tam certis ad viuum ex-  
presa notis, vt se arbitraretur vigilare. Spiram cernebat, & comites;  
replicatis in pedes, & brachia funibus adstrictos, plagi hiantibus, &  
multo cruento manantibus laceros, quales denique Sicatij perfidi mer-  
serant in flumen præcipites. Quare appulsus Tunscianum, Mandati-  
no refert dierum numerum à profectione Patris Spiræ, subditque  
sommum quo se aiebat luctuosissimo afflictum. His dolore confixus  
peracerbo vir pius, nec iam de partato facinore ambigens, homines  
suos cum puero mittit, qui manus sua legitimo syngrapho prescri-  
patam sceleris accusationem ad Praefectum deferrent eius pagi, cuius  
erat nauicularius, Spiræ vector, & proditor. At is dissimulato discri-  
mine, negavit in sua Praefectura tam atrocia patrari, recusatque de  
causa cognoscere. Adit puer tribunal inferius sed æqualis ad causam  
introductionis, & amore in Spiram Magistrum optimum querelas di-  
stante, tam generosè se ad poenas obtulit, delatoribus positas si de-

Z z z 3

stituantur iustis probationibus, ut instrueretur demum causa cognitio, quinque ex percussoribus caperentur, & proferretur eorum ex ædibus falcis promiscuarum sarcinarum; quæ dūm euoluntur appeti Spiræ vestis superior. Eius aspectu puer velut subito fixus telo, ciuitate, flere, complexu vestem, & vultu stringere, vociferari se Patremque suum infeliciem manus barbatas & crudeles quæ illum necant; tamen claris sinceri doloris inditiis, ut nemini fieret suspicere iussatum lachrimarum quas habent semper in promptu delatores. Interrogatus nihilominus unde ipse constaret fuisse Patri il am vestem, respondit filius, accommodatam a se illius humeris centies, aliaque tam multa, quod exiliora hæc minus dubia persecutus est, ut darentur ad quæstionem rei, & confessione singuli tum sua, tum socia convicti, lanarentur ex iis frustatio quatuor, prosectione carnium lenta in ducentas aut plures particulas. Quintum minus reum sed criminis consciens motus brevior abstulit.

Atque hinc deinceps palam fuit quid sibi vellet prodigium, quod pagum illum diu terruerat. Vni percussorum in sortem cesserat è Spiræ sarcinis libellus, Christi patientis imaginibus impressus, ex quo is libellus in domum scatij venit, nulla nox abiit, quin alterni velut animalium duorum supra eius teatrum exaudirentur v lulatus, quod liber aliò est translatus. Nanciani Patres rerum suspensos expectatione, vbi redux puer intersecti Spiræ fecit certiores, Christiani iuxta & ethnici prosecuti sunt multis lachrimis tristem casum, viri omnibus rota urbe chari. Decernuntur illi iusta funebria, mittuntur, sed frustra, qui corpus ad fluminis ostia requirant; paratur interca honorificè humano tumulus, in cassum omnia; post tot à cæde hebdomadas nusquam repertum est. Sufficiendus illi accitur Macao ad procurationem Ecclesiae Nancianæ Martinus Burgentius, & ipse Duacensis, & annos in Mexico iam quatuordecim operarius strenuus, verum ut interdum qui agunt feruentius, præsentia, & certa fastidunt; piaz grandioribus longinquis & incertis, & Deo fortè non ita placitis; desiderio fundendi in Iaponia sanguinis in Philippinas abrepens est, indeque Macaum, vbi vidit præclusos in Iaponiam aditos, noui potissimum, in visu, lingua, moribus Iaponum & sagacitate illic necessaria; proinde sibi tantum bonis, & in vita pro Christo ponenda fortibus; nam longè diuersis Ecclesia illa inter cruciamenta tyrannorum egebant prædiis. Lusus ergo spe sua, vexatam Iaponiam Sinis pacificis mutant, vixque appulus Nancianum ægrotans obiit. Regis interea Sinarum iuuentus eximia luculentius in dies exerebat se in osterita fortissimi, sapientissimi, & æquissimi Principis, & eò velocior ad futuri iudicium populus quod visu obtusior, iurabat Sinis in prisum aurum rediisse tempora, quo narrant veteres eorum historiæ virtutem Regis eodem in solio dextram assedit, iura populis cum illo, & in illo dixisse; legem imperij column, vitam Regis fuisse, quæ potentius exempli sui suauissima æmulatione sanctaret leges quam iubendi potestate.

49..  
Mira Regis  
principia.